Dominica I. poſt Epiphan. Evang. Luc. 2, 41. ad fin.

Agit hoc Evangelion, de Fortunâ Parentum Chriſti, partim

- *1. Adverſa, quò pertinet illorum, tum*
  - *1. Actio, ſeu anniverſaria profectio in Jeruſalem, die feſto Paſchali, v. 41.*
  - *2. Paſſio, ſive dolor. Hujus*
    - *1. Cauſa procreans: Remanſio filij duodennis, inſcijs ipſis, in Jeruſalem, v. 42. 43.*
    - *2. Effectus:*
      - *1.* Ἀναζήτησις *inter cognatos & notos, diaria, v. 44.*
      - *2.* Ὑπόστρεψις *in Jeruſalem, v. 45.*
- *2. Proſpera: Inventio Filij, v. 46. Annotatur hic:*
  - *1.* Περίστασις,
    - *1. Temporis, quando invenerint: triduò pòſt, v. 46.*
    - *2. Loci; Ubi. In Templo, ibid.*
  - *2.* Πραχθὲν. *quid Puer* JESUS *tunc egerit. Sedens in medio Doctorum, illos*
    - *1. Audivit diligenter, v. 46.*
    - *2. Interrogavit ſapienter ibid. Hinc in ſtuporem converſi Auditores dicuntur, v. 47.*
  - *3.* Λεχθὲν
    - *1. Matris Expoſtulatorium, per Interrogationem Argumento à turpi (*Vbelſtand*) munitam, v. 48.*
    - *2. Filij Apologeticum* ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, *v. 49. Quod licet Parentes ejus non intellexerint, v. 50. Mater tamen nihilominus Corde ſuo conſervabit, v. 51.*
  - *4.* Ἐκβὰν. JESUS *cum Suis deſcendens*
    - *1. Subjectus illis erat, v. 51.*
    - *2. Proficiebat, Sapientiâ, Ætate, Gratiâ apud* DEUM *& Homines, v. 52.*

Diſpoſitio Evangelij alterius cujusdam, ejuſdem Dominicæ, de Baptiſmo CHRISTI, Matth. 3, 13. ad finem cap.

Adventus hic Chriſti habetur è Galilæa in Iudæam ad Iohannem, baptiſantem in Iordano, v. 13. Obſervetur autem ejus

- *1. Tempus, quando advenerit, v. 13. (Tunc nim. cum Baptiſta, non ad populum tantùm: ſed ad Phariſæos, etiam ad Sadducæos, de Chriſto & officio ejus verba faceret, vide Matth. 3, verſ. 5.7.11. 12.)*
- *2. Cauſa finalis, v. 13. Incidit h. l. Cauſarum genus, tùm*
  - *1. Iudiciale. Quæſtio n. de jure vertitur:*
    - *1. Johannes Baptiſmum ſuum Chriſto denegat, à non neceſſario, per Comparationem, v. 14.*
    - *2. Chriſtus affirmat, ratione* ἐκ τοῦ πρέποντος *in medium adductâ; cui eventus exoptatus reſpondet: ſiquidem Baptiſta citra ulteriorem tergiverſationem* DOMINUM *baptiſaſſe ibidem ſcribitur.*
  - *2. Didaſcalicum. Docet namq; Evangeliſta noſter: quid Baptiſmum Chriſti, immediatè conſecutum fuerit. Mirabilia ſcil. tria numero:*
    - *1. Cælorum apertio: Et ecce aperti ſunt* ILLI *cœli, v. 16.*
    - *2. Spiritus Sancti, ſuper* DOMINUM, *viſibilis deſcenſio, ſpecie columbæ, ibid.*
    - *3. Vocis Patris cœleſtis auditio, v. 17.*

II. Poſt

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375805311/14
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG